

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Proteus ofte Minne-beelden verandert in Sinne-beelden

Cats, Jacob

Rotterdam, 1627

Danielis Heinsii

urn:nbn:de:bsz:31-101049

DANIELIS HEINSII

Ab Augustissimo Constantino Imperatore

In Nominibus Caesarum Augustissimi Imperatoris & Regis

Emblemata Clariss. Consuletissimiq. Prætoris

VIRI

D. JACOBI CATZII JC*i*



EPIGRAMMATION.

Vidit & ingentem mirata est Itala tellus
Alciatum, tanti mente superba viri.

Seu tonat, & leges facundo edisserit ore,

Seu Themidis dignum numine condit opus.

Hunc quoque ludentem, sed seria, vidit, & illi

De lusu palmam, sed sapiente, dedit.

Alciati curas & seria vicerat antè

Catzius; ad lusus nunc & amœna venit.

Hic quoque, sed triplici palmam sermone meretur

Vt ter sit victor, qui semel ante fuit.

Ad

Ad Amplissimum Consultissimumque Virum
D. Iacobum Catzium J.^r Etum. Cognatum suum, & Po-
pularum super Emblematis ab ipso editis.

Quis novus in nostras oras transmissus Apollo
Ambrosium canit ore melos? quæ Belgica Suada

Detinet attonitas divino carmine mentes

Vel brutas tractura feras? non suavius olim

Orpheus in sylvis, nec in equore lusit Arion.

Quid mihi, quid Grajos Pallas Tritonia Vates

Obijcis, aut Latios extollis Roma Poetas?

Non cedit tibi Belga catus, nec littore Delo

Sit licet; Ægeo nec natus in equore, nusquam

Catzius antiquo concedit præmia sæclo.

Discite nostrates quantum quoque nostræ leporis

Lingua ferat, quos illa favos, quod fundere nectat

Possit, & ut facili flectat modulamina metro.

Blandum Naso canit, blando fluit ore Catulli

Musa salax, miscet varijs prudentia flaccus

Verba jocis, vitiumque vaser perstringit amici.

Bucolicis insignis ovex, oviumque magistros

Theiocritus dum pascit agris lepidissima fundit

Carmina, & omnigenæ genium depingit amice.

Omnibus infidi passim cantatur amoris

Ingenium crudele, procax, furiale, bilingue,

Lege, modo, ratione carens, tacitoque meatu

Jlliniens Paphio fallax sua toxica succo.

Virgineos desueta jocos: Pars tertia canos,
 Grandævumque senem studijs caelestibus ornat.
 Hæc canit, hæc docto ore sonat, neque lingua Poëta:
 Sufficit una, triplex sua format acumina sermo,
 Et Belga, & Gallus loquitur, mediusque superbit
 Romani decor eloquij. Bene premia vati
 Sunt data, & emeritâ circumdata tempora fronde.
 Nos quoque virtutum, Catzi, levis umbra tuarum,
 Ire tuas etiam in laudes, & dicere grates
 Cogimur, & facili tibi vota rependere versu.
 Donec amor geminos in mundo nebetet amantes,
 Donec amor morum, vitæque adolebit honestæ,
 Donec amor pietatis erit venerabilis orbi,
 Atque hominum variâ referentur imagine casus,
 Vives & vivent istis tua carmina sæclis,

Adrianus Pofferus.



Ad Cla.